



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. 54. Decisio CXXXV. Episcopus de jure habet assistentiam in
percipienda quarta etiam contra Parochos Ordinum Equestrium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 54.

DECISIO CXXXV.

Episcopus de jure habet assistentiam in percipienda quarta etiam contra Parochos Ordinum Equestrium.

R.P.D. Ubaldo.
Terulana decimarum.
Veneris 15. Martii 1613.

Decis. 477.
par. 1. recens

SUMMARIUM.

- 1 Mandatum de manutendo datur possessori de tempore motæ litis.
- 2 Parochi Ordinum Equestrium de jure tenentur Episcopo ad quartam canonicam
- 3 Manutentio non debet impediri per executionem altioris indagacionis.

Fuit resolutum, articulos revelare ad effectum concedendi manutentionem Episcopo in quasi possessione percipiendi quartam canonicam etiam in Parochialibus spectantibus ad præceptorias Religionis Hierosolymitanæ: quia alias Rota resolvit intrare arbitrium ad effectum, ut dicti articuli habeantur pro probatis; illi autem comprehendunt, tum quod istæ Parochiales sunt intra limites Episcopatus Terulen. tum quod Episcopus post erectionem d. Ecclesiæ in Cathedrali, & ante d. erectionem Archiepiscopus Cæsaraugustanus sunt in antiquissima possessione percipiendi dictam quartam ab immemorabili tempore, quâ stante quasi possessione etiam de tempore motæ litis, competit Episcopo absque difficultate manutentio.

§. retinenda & §. hodie instr. de interdict. sum vulg.
Quam manutentionem eò facilius concedendam esse Domini dixerunt, quia Episcopus habet juris assistentiam super dicta quarta. *Comnes Basilica 16. q. 7. c. conquerente de offic. ord. c. de capell. Monach. Rota apud Cantuccium dec. 31. n. 5. par. 2. diver. etiam contra Equites Hierosolymitanos. Hostien. in c. cum contingat n. 1. de decim. & in d. c. conquerente n. 15. de offic. ordin.*

Non obstat privilegium exemptionis, quia tanquam requirens altiorem indaginem & respiciens petitorium, non debet impedire manutentionem, ut fuit dictum



in Carthaginen, decim. 27. Junii 1590. coram Gypso & in Aduen. decim. 21. Maii 1600. coram Penia. Et ita decifum Epifcopo tantum informante.

Additio finalis circa Quæftiones refiduas.

Poterant utique, fi tempus & otium fuppetiffet, plures fac. Rotæ decifiones ad-
 jungi, & tam illæ, quas hucusque pro temporis anguftia brevibus pariter & an-
 gultis annotatiunculis declaravimus, quam cæteræ quæftiones, quas velut ra-
 rius in foro occurrentes, & idcirco ab ipfa Rota aut vix, aut nunquam tactas reliqui-
 mus, uberiori apparatu exornari; Verum cum & temporis & instituti opus
 ratio brevitatis adinoneat, reftat, ut quoad refiduas hujus 5. partis quæft. folis remif-
 fionibus Benevolus Lector fit contentus: & ut hujus rei nobis non defit excufatio, fit
 pro ratione, quod ea quæ in finalibus hifce quæft. D. Auctor tractat, partim a his hu-
 jus opus locis tractata fuerint; quale eft illud quod de confessione exempti coram
 giudice ordinario emiffa ponitur in q. 61. cum de eadem te par. 2. q. 21. actum fit. Item q.
 62. dicta de moniali translata coincidunt cum pofitis eadem par. 5. q. 14. R. utlus q. 74.
 quæ de exercitio jurisdictionis ordinariorum in locis exemptis afferuntur, non multum
 abfunt ab illis, quæ par. 2. q. 1. allegata funt de erectione tribunalis in loco exempto,
 partim verò ad materiam exemptionis fpecialiter non pertineant, fed ex generalibus
 juris regulis ad cafus in exemptorum caufis occurrere poffibiles applicata; veluti cum
 de 2. executore fuperaddito agitur q. 72. & cum per citationem nulliter emanatam à
 giudice notoriè incompetente præfcriptionem non interrumpi deciditur q. 76.

Interim ad fpecialia quæritur, uti eft illud q. 59. de fubjectione Ecclefie, & ex qui-
 bus actibus illa defumatur. *Vid. dec. Rot. 552. par. 4. rec. tom. 3. & dec. 340. par. 15.* & de
 nomine ac appellatione Ordinarii, an æquè competat inferioribus habentibus juris-
 dictionem ordinariam ex privilegio & præfcriptione, ac Epifcopis habentibus ean-
 dem à jure ad q. 75. *Vid. dec. 493. n. 5. par. 2. rec. ubi in terminis Conc. Trid. c. 9. ff. 24.*
 deciditur jus vifitandi Ecclefias regulares nullius diæcefis competere Prælato regula-
 ri fub nomine Ordinarii; & hoc fenfù etiam jurifdictio competens ex privilegio vel
 præfcriptione dicitur favorabilis, & difpofitio illam tollens odiofa apud Seraph. decif.
 300. num. 2.

Quæftio 28. de perfonis miserabilibus hodie remittenda eft difpofitioni Conc.
 Trident. fubjicientis exemptos fæculares extra claustra degentes ordinatis locorum
 quoad caufas mercedum & miserabilium perfonarum, de qua re agitur etiam in dec.
 61. fupra in hoc tomo n. 9. & feqq. ad q. 87. de valore testamenti in loco exempto conditi
 fine folemnitatibus ftatuatis *Vid. Rot. dec. 193. n. 16. par. 9. recent.*

F I N I S.